



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De statibus hominis, & quid Christus de singulis acceperit. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

eius cum passibilis extiterit ante mortē, nunquid necessitas ē patiendi habuit? Si n. necessitas patiēdi vel moriēdi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse. Ad quod dici pōt, Christum voluntate non necessitate suæ naturę hos defectus sicut alios suscepisse, sc. necessitatem patiēdi in anima, simul autē patiēdi & moriēdi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suæ conditionis, quā à peccato immunis: sed ex sola voluntate accepit, de nostra infirmitate ponens tabernaculū suū in sole, sc. sub temporali mutabilitate & labore.

Vnde super epistolam ad Hebr. auctoritas dicit, q̄ sicut hominibus aliis & iure & lege naturę statutū est semel mori: ita & Christus eadē necessitate & iure naturę semel oblatus est, & nō s̄pe. Nec ideo dicit iure naturę, quod ex natura suæ conditionis hunc defectū traxerit, qui etiā non puenit nobis ex natura secundum q̄ prius est instituta, sed ex ea peccato vitiata, & ideo dicitur hic defect⁹ natura lis. quā quasi p̄ natura inoleuit in omnib⁹ diffusus.

De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit. B

Et est hic notandum, Christū de omni statu hominis aliqd accepisse, qui omnes venit saluare. Sūt n. quatuor status hominis: Primus, ante peccatū: Secundus, post peccatum, & ante gratiā: Tertius, sub gratia: Quartus, in gloria. De primo statu accepit immunitatē peccati. Vnde Aug illud Ioā. Euāgelistę exponens. Qui desursum venit, super omnes est: dicit Christum venisse desursum, i. de altitudine humanę naturę ante peccatum: quia de illa altitudine sumpsit verbum Dei humanā naturā, dum nō assumpsit ipsam culpā cuius assumpsit pœnam. Sed pœnā assumpsit de statu secundo, & alios defectus. De tertio vero, gratiæ plenitudinē. De quarto, non posse peccare, & Dei perfectā contemplationē. Habuit n. simul bona vię quædam & bona patrię, sicut & quædam mala vię. SI

*Cap. 9. g.
Gloss. ordi.
ad illud ad
Hebr. 9.*

*Quemad-
modum sta-
tutum est
hominibus
semel mori.*

*Sup. Ioan. 3.
de Gloss. or-
din. ad hunc
locum Ioan:
3. Qui de-
sursum
venit.*